



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

81 Crimine quòd careat sacrandus, in hac replicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Ticus, sed apostolicus habeatur, liceatque Cardinalibus Episcopis, cum religiosis & Deum timentibus clericis, & laicis, in aedem sedem Apostolicam repellere, & quem dignum iudicaverint, nostra auctoritate Apostolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & utiliorem Apostolicæ sedis perpexerint, concessa ei auctoritate regendi & disponendi res, in a. utilitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, secundum quod ei melius videbitur, juxta qualitatem temporis, quali jam omnino inthronizatus sit.

s. pars. Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædecessoris fieri debet.

C. X. ¶ Si Papa de electione sui successoris ante decernere non potuerit.
Unde Symmachus Papa ait in synodo Romana prima, cap. 4.

Si b. transitus Pape (quod ablit) inopinatus evenit, & de sui electione successoris (ut supra placuit) non possit ante decernere, siquidem in unum totius inclinataverit & ecclesiastici ordinis electio, consecratur electus Episcopus. Si autem, ut fieri solet, studia cooperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerit, vincat sententia plurimorum, sic tamen, ut sacerdotio careat, qui caput promissioni, non recto iudicio de electione decreverit. Synodus dixit, placet, &c.

s. pars. Sicut supra monstratum est, electio summorum sacerdotum a Cardinalibus, & religiosi clerici fieri debet, electio vero eorum, iudicio divino reservata est.

C. XI. ¶ Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reservavit.
Unde Anacletus Papa ait ad Episcopos Italæ, epist. 2. c. 2.

Electionem d. vero summorum i sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritalibus populis concessisset.

¶ Summorum J. designatur, Pontificum vel sacerdotum. *Sublatæ sunt dua præterea voces, quæ neque in originali, neque apud Ivoem, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

Ita vero, in quibus Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri sunt ordinanda, hæc sunt sequendum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum.

C. I. ¶ In quibus locis Primates, vel Patriarchæ debeant ordinari.
Ait enim Lucius Papa.

Vrbes & loca quibus Primates præsidere debent, non a modernis, sed etiam multis ante adventum Christi fuerunt temporibus: quarum Primates etiam gentiles, pro majoribus etiam negotiis appellabantur. In ipsis vero urbibus post Christi adventum, Apostoli & successores eorum, Patriarchas vel Primates posuerunt, ad quos Episcoporum negotia (sive in omnibus Apostolica auctoritate) & majores cause, post Apostolicam sententiam sunt referende.

C. II. ¶ De eodem.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epist. 1. In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnico-primi & flammæ eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum Primates poni, vel Patriarchas

a al. in.] b. D. ad dicit ibid. Poly. ibid. Anfl. 6. c. 1. Pam. 13. c. 2. c. al. convenit. d. Ivo p. 3. c. 131. e. Extat apud Stephanum Epist. 1. c. 3. Anfl. 6. c. 11. f. Leo II. epist. 3. Poly. 1. 2. tit. 22. Bar. 1. 2. c. 23. Anfl. 6. c. 11. g. al. Archiepiscopi.

B. Petrus præcepit, qui reliquorum Episcoporum causas a, & majora, quoties necesse foret, negotia in fide, agerent. *¶ paulo post.* ¶ In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiepiscopi, quos tamen minores tenebant, quam memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit. *¶ infra.* ¶ In singulis vero reliquis civitatibus singulos, & non binos, vel ternos, aut plures Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiscopatum, aut metropolitanatum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed Episcoporum tantum vocabulo potenter: quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit: sed unus omnibus præfuit.

C. III. ¶ De eodem.

Item Anacletus b. epist. 2. cap. 2.

Episcopi e. non in castellis, aut modicis civitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella, & modicas civitates, atque villas debent ab Episcopis ordinari, & poni: singuli tamen per singulos titulos suos. Episcopus non ab uno, sed a pluribus debet Episcopis ordinari, & ut dictum est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen Episcopi, sed ad honorabilem urbem nominandus & denominandus est. Presbyter vero ad qualemcumque locum, vel ecclesiam in eo constitutum, est præficiendus.

C. IV. ¶ De eodem.

Item Leo Papa ad Episcopos Africa, epist. 11. c. 2.

Lud e. sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & ubi ante non fuerunt, Episcopi conferantur: cum ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, presbyterorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præferre: ne, quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta veterunt, viculis & possessibus, vel obscuris & solitariis municipiis, inurbatur fastidiale fastigium.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex concilio Leodicensi, cap. 17.

Non debere in vicis & villis f. Episcopos ordinari, sed visitatores i, id est, qui circumveant, constitui: hoc autem, qui antehac ordinati sunt, nihil agere censendum: nisi confitentia Episcopi civitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine præcepto & consilio Episcopi agant.

¶ Sed visitatores.] In codice Greco impresso legitur, *¶ πρεσβυτεροι, in tribus autem manuscriptis, ~~¶ πρεσβυτεροι~~ ¶ 1. ¶ 2.*

2. pars. ¶ Sedes autem Episcoporum non longo intervallo debent disjungi, ut ad consecrationem sui conspiciantur sine difficultate possint occurrere.

C. VI. ¶ Episcopales sedes non longo intervallo a se debent disjungi.

Unde Gregorius Augustinus Anglorum Episcopo, responsio octava.

Fraternitatem g. tuam ita volumus in Angliæ Episcopos ordinari, ut ipsi sibi Episcopi longo intervallo non minime disjungantur: quatenus nulla sit necessitas, ut in ordinatione alicujus Episcopi convenire non possint. Nec Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor Episcopis geri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

Hæc de ordinandis, & ordinandis, atque de gradibus graduum distinctionibus & dignitatibus, & de his, quæ ad illas spectant, dicisse nos sufficiat. Verum quia aliquando

a. Iudicia.] orig. b. Idem est Clementis in epist. presbyteri civitatis, c. Bar. 1. 2. c. 4. Ivo p. 3. c. 131. & p. 2. d. quædam orig. e. Poly. 1. 2. tit. 3. Bar. 1. 2. c. 23. Ivo p. 3. c. 107. & 143. tit. 2. p. 1. f. al. castelli. g. Pam. 1. 2. c. 131.

Dispositio in his innovari solet, quodam praecedentibus obsequia sub episcopo ad memoriam subiciamus. Debet ordinandus in Episcopum (ut Apostolus a scribit) esse sine crimine, id est, sine peccato mortaliter: quod non solum de Episcopo, sed etiam de quolibet electo ad aliquam praeposituram ecclesiae oportet intelligi.

C. I. § Sine crimine & gravi peccato debet esse, qui ordinatur Episcopus. Unde Augustinus scribit tractatu 41. ad cap. 8. Iamuis.

Apostolus & Paulus quando elegit ordinandos presbyteros, vel diaconos, & quicumque ordinandus est ad praeposituram ecclesiae, non ait, si quis sine peccato est, (hoc enim si diceret, omnis homo reprobareretur, nullus ordinaretur) sed ait [si quis sine crimine est] sicut est homicidium, adulterium, aliquas immunditias fornicationis, factum, fraud, sacrilegium, & cetera huiusmodi. Item c. Crimen autem est peccatum grave, accusatione & damnatione dignissimum.

2. pars. Quilibet itaque horum simpliciter ordinari non debet, vel si iam ordinatus, ante tempus, vel post tempus sua ordinationis aliquod eorum admisit committatur, suscipi gradus officii privabitur.

C. II. § Monitori personam non recte suscipit, qui verbi, non operibus docet. Unde Symmachus Papa ait.

Nemo recte monitori personam suscipit, nisi qui actibus fuerat condemnatus, & amorem innocentiae conversatione demonstrat.

C. III. § Carceri ordine, quem praestat, qui indignum sublimare non metuit. [Item Celestinus ad Episcopos Galias, epist. 2. c. 3.]

Tantis Daniel gravibus testimonis, tanta facinorum accusatione pulsatus, facinorosi, ut dicitur, virginum pollutus incestu, Episcopus asseritur ordinatus. Et, ut in nostri libellis scriptis continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in pontificii dignitatem, hoc tempore, quo ad causam dicendam, missis a nobis literis, vocabatur, obrepit. Sacro nomini abijt injuria. Facilius est, ut hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui convicto sociabitur, qui sibi eum creditur, largiendo pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinaverit, ostendit.

C. IV. § Non recipi ordo ecclesiasticus eum, qui sine examinatione, vel postea confessus ordinatur.

Item ex concilio Niceno, cap. 9.

Si d qui sine examinatione promoti presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines eis manus imponerent, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est, sancta & defendit ecclesia.

C. V. § Lapsi per ignorantiam, aut contemptu ordinationem ordinati deponantur.

Item ejusdem concilii, cap. 10.

Quicumque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam fuerint, hoc non praepositorum regulae ecclesiasticae. Cum enim compertum fuerit, deponantur.

1. Contemptu] Graviter in concilio vulgato, h. 2. c. 2. dicitur, quod si quis sine examine, vel etiam iis antea sciencibus qui ordinaverunt.

a Ad Tit. b Beda ad Tit. ad Tit. 1. c. 1. Tim. 3. c. Anselm. lib. 2. in princ. d In concilio. Cabillonensi, cap. 30. Burd. lib. 2. cap. 191. Ivo part. 6. cap. 198. c Ivo part. 8. cap. 15. Pamm. 3. c. 149.

C. VI. § Alienus fiat a ministerio, qui illud, ut vendendo illicito, polluit. Item Innocentius ad Maximianum, & Severum, epist. 5.

Maximianus a filius b noster agens in rebus huiusmodi, qualem querelam deculerit, libelli episcopi series annexa declarat. Qui zelo fidei & disciplina ductus, non petuit ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios ab indignis presbyteris non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto, eos, qui talia perpetrare dicuntur, jubebitis in medio collocari, discussisque objectionibus, quae ipsi presbyteris impinguntur, si convicti fuerint, a sacerdotali removeantur officio (quia qui sancti non sunt, sancta tractate non possunt) atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicito, polluerunt.

C. VII. § Quilibet ab ordine deponitur, Episcopi providentia, locus penitentiae deputatur. Item Eugenius Papa.

Sacerdos e, aut quisvis alius in ordine ecclesiastico proventus, si in eo scelere invenitur, quo abiciendus comprobatur, deponitur, providentia Episcopi, bene proviso loco constituitur, ubi peccata luceat, & ulterius non committat.

C. VIII. § Retradente in monasterium presbyteri, qui penitentiam agere con- temnunt. Item Ex concilio Moguntino.

Dictum d est nobis presbyteros propter suam negligentiam canonicam degradatos, & seculariter gradum amisso vivere, & penitentiae agenda bonum negligere. Vnde statuimus ut gradu amisso, agenda penitentiae gratia, in monasterio i, aut in medio regulariter committantur. Si vero hoc fieri causa qualibet prohiberit, ubicunque sint, penitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter vivere voluerint, & penitentiam agere neglexerint, ab ecclesia communione separentur.

1. In Monasterium] In concilio Cabillonensi, ubi hic canon habetur (sicut Burchardus etiam, & Ivo ex Moguntino citent) & apud ceteros collectores legitur, in monasterio aut canonico, aut regulari: in non autem per vetusto Gratiani codice, in monasterio iuxta canonicam regulam.

C. IX. § Mutatio loci aliquando valet conversio ad penitentiam. Item Isidorus, sententiarum de summo bono, lib. 2. cap. 10.

Valet interdum conversio pro animae salute mutatio loci. Merunque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter avelli, ubi quique illecebris deservivit. Nam locus, ubi quique pravè vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod saepe ibi vel cogitavit, vel gessit.

C. X. § Clericus adulterasse convictus, vel confessus, in monasterio detradatur. Item extertia synodo Aurelianensi, cap. 7.

Si quis clericus adulterasse aut confessus, aut convictus fuerit, deponatur ab officio, communione concessa, in monasterio toto vitæ suae tempore detradatur.

a ad Maximilianum. b Polyb. lib. 4. tit. 20. Anselm. lib. 2. cap. 11. Ivo part. 6. cap. 96. c Anselm. lib. 2. in princ. d In concilio. Cabillonensi, cap. 30. Burd. lib. 2. cap. 191. Ivo part. 6. cap. 198. c Ivo part. 8. cap. 15. Pamm. 3. c. 149.

altare non sufficit. a. Apud Iovem vero: Sed aquam tantum sacerdotum manibus porrigat, ostia fornicatus claudat, minora getlet officia: arceum sane ad altare suggerat.

C. XX. ¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur.

Idem.

¶ Clericus b. solus ad femine tabernaculum non accedat: nec propter sine majoris natu sacerdotis iussione: nec solus presbyter cum sola femina fabulatus miscat. Nec Archidiaconus sub pratextu humilitatis aut officii frequenter inter domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos. e. matronam mandet aliquid d. secreta. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur ecclesie.

¶ Iulione in epistola Clementis sequitur. Nec presbyter solus cum sola adiungatur: sed duobus adductis testibus visitet infirmam: nec solus cum sola femina fabulatus miscat, nec Archidiaconus, aut diaconus sub pratextu officii humilitatis frequenter, &c.

C. XXI. ¶ De eodem. P. A. L. E. A.

[Idem.]

¶ Ed. e. si forte aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et fratris est ad quam debeat ire pio interveni, ipse pergat: sin autem, de lavere suo dirigat, cum duobus aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habet femina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non f. enim ignominia malitias Satanæ.

¶ Hac Pala in pluribus vestigiis exemplaribus habetur conspecta capiti antecedenti.

¶ Dirigat in epistola S. Clementis sequitur: cum duobus ac tribus, qui hoc sanare g. debeant. Sane ad visitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

C. XXII. ¶ De eodem. P. A. L. E. A.

[Ex decreto i. Eugenii Papæ.]

¶ h. quoniam sacerdotum, id est, presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus de quacunque femina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam, & tertiam admonitionem a inventur fabulari cum ea, vel aliquo modo conversari, excommunicatur: femina vero canonicè iudicetur.

¶ Ex decreto] Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio secundo editus, & postea à Leone quarto etiam in concilio suo repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohabit. clerico. & mul. Et in pluribus vestigiis exemplaribus est sine nomine.

¶ Admonitionem] In eodem canone sequitur, metropolitani, vel alterius Episcopi, aut ejus, cui subiacere videatur.

C. XXIII. ¶ Simul cum mulieribus sacerdoti habitare non licet.

Idem Gregorius.

¶ Oportet i. sacerdotes, quibus Domini populus pe commissus est, cum magna animi constantia vigilare super dominicas oves, ne lupinis moribus, id est, diaboli stimulis laentur. ¶ Neque enim hoc silere debeo, quod cum gravi animi tristitia dico: sacerdotes cum feminis habitare conspicio: quod nefarium est dicere, vel audire, & contra sanctorum canonum sancita. Vbi enim talis fuerit commemoratum cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Ideoque admonendi sunt, ut non antiqui hostis decipiantur fraude, quatenus iux-

a. al. fugerat. b. Clementi Papa ibidem paulo inferius. Ivo par. 6. c. 49. Anselm. 2. c. 147. Poly. l. 4. tit. 2. c. 4. domesticos eius. d. al. fornicatus. e. Clementi ibidem continetur. Poly. ibid. f. 2. Cor. 2. g. al. forte. h. Poly. l. 4. tit. 31. Anselm. lib. 8. cap. 9. ex pan. Romano. i. Ivo par. 6. c. 76. Poly. lib. 4. tit. 21.

ta Apostoli a. vocem non vituperetur ministerium nostrum. Cavere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Dominum levare manus: scriptum b. est enim [Sancti estote, quoniam sanctus ego sum Dominus Deus vester.] Si quis vero præsumpserit aliter agere, sacerdotii sui honore privetur. Unde omnimodo cavendum est, fratres, ne fallamus populum, & illud propheta c. dictum impleatur in nobis [sacerdotes mei contaminant sancta, & reproband legem.] quos & alius propheta d. increpat, dicens: [O vos sacerdotes, qui fallitis nomen meum, & dixistis, in qua re fallimus nomen tuum? quibus responsum est: offerentes ad altare meum panes pollutos. Non e. est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis.]

C. XXIV. ¶ De eodem.

Item Symmacho defensori, lib. 1. Reg. Indict. 9.

¶ Voluntas f. ut sacerdotes g. prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur: excepta duntaxat matre, sorore, vel uxore, que castè regenda est.

C. XXV. ¶ De eodem.

Idem, lib. 7. epist. 39.

¶ Legitur b. quod B. Augustinus nec cum sorore habitare consenserit i. dicens: quæ cum sorore mea sunt, sorores mee non sunt. Docti ergo viri castela, magna nobis debet esse instructio.

C. XXVI. ¶ De eodem.

Idem ex vii. Synodo.

¶ TN k. omnibus observare convenit, ut certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis personis, vel apud clericum, vel loqui debeat mulieribus, ut excludatur omnis nefanda suspicio. Certe solum & ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius l. est enim duos esse simul, quam unum. Simul enim & fidelius, & tutius res geritur. [Væ m. enim uni, quia si cederit, non est qui erigat eum.]

¶ Caput hoc etiam in aliquot manuscriptis citatur ex septima synodo, in cuius sane postremo capite aliqua huc spectantia habentur. Caterum in pluribus citatur ex octava, & sententia videtur sumpta ex cap. 23. Aferrioram B. Basilii, cuius regulas, sub nomine octava synodi fape citari alicui notatum est.

C. XXVII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthagenensi III.

cap. 17.

¶ Vm omnibus omnino clericis extraneæ femine non cohabitent, sed solum matres, avix, & materteræ, amix, sorores, & filix fratrum, aut sororum, & quæcumque ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel si filii eorum jam ordinatis parentibus, uxores acceperunt, aut servus non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

C. XXVIII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Laodicensi, cap. 30.

¶ Non oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut committentes se, aut omnino Christianum cum mulieribus lavacra habere communia. Hac est enim apud gentiles lavacra habere communia.

C. XXIX. ¶ De eodem.

Item Gregorius ad Iuvencium Episcopum Caralitimum, lib. 3. epist. 26.

¶ Archidiaconum tuum, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuisti, & nunc usque in ea prohibito-

a. 2. Cor. 6. 1. Tim. 2. b. Levit. 20. c. Syph. secundum 70. d. Malach. 1. secundum 70. e. Ibidem. f. Ivo par. 6. c. 81. g. sacerdoti qui in Corsica commorantur. origin. h. Apud Possidonium in vita Augustini. i. al. consueverit. k. Ivo par. 6. c. 77. l. Eccl. 4. m. Ibidem. X 3

ne despicias, qui nisi iustionibus paruerit, eum sacro ordine volumus esse privatum.

C. XXX. ¶ Veniuntur ab Episcopo, que appetunt consuetudinem clericorum illicitam.

Item ex concilio Toletano IV. cap. 42.

Quidam a clerici legitimum non habentes conjugium, eorum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideo, que conjuncte taliter cum clericis sunt, ab Episcopo auferantur, & veniuntur, illis pro tempore relegatis ad penitentiam, quos sua libidine infecerunt.

C. XXXI. ¶ Non habitent feminae cum clericis, nisi qui necessitate excusat.

Item Syricius Papa Himerio Episcopo, epist. 1. c. 11.

Feminas b. non alias esse patitur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum eisdem synodus Nicana permisit.

C. XXXII. ¶ Nisi maiorem iustitiam ad famulatum amovisset clericus non accedat.

Item ex concilio Africano. c. 6.

Clerici e vel continentes ad viduas, vel virgines, nisi ex iustis, vel permisso Episcoporum, aut presbyterorum non accedant. Et hoc non solum faciant, sed cum conciliis, vel cum quibus Episcopus, aut presbyter iusserit. Nec ipsi Episcopi & presbyteri solum habeant accessum ad huiusmodi feminas, sed ubi aut clericis presentibus sunt, aut graves aliqui Christiani.

C. XXXIII. ¶ Episcopi provideant, ne occasione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines fornicentur.

Item ex concilio Carthaginensi IV. cap. 102.

Ad reatum Episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochias præfati, si sustentandæ vitæ presentis causa adolescentiores viduas, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiciantur.

C. XXXIV. ¶ De eodem.

Viduas, que stipendio ecclesiæ sustentantur, tam assidue in Dei opere esse debent, & meritis, & orationibus suis ecclesiam adjuvent.

DISTINCTIO LXXXIII.

Generatiter etiam pauperibus, & iis, qui suis manibus laborare non possunt; Episcopus necessarios provideat.

C. I. ¶ De eodem.

Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, victum & vestitum (in quantum sibi possibile fuerit) largiatur.

C. II. ¶ Qui voluptatem officio præferuerit, modis omnibus submoveatur.

Item Innocentius Excipit Telepho Episcopo, epist. 3. cap. 7.

Proposuit si quid de his observari debeat, quos in diaconi ministerio, aut in officio presbyterii positos, incontinentes esse, aut fuisse generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatorum recordationis viri Syricii Episcopi momenta evidenter commearunt, ut incontinentes, in officiis talibus postis, omni ecclesiastico honore privarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola conti-

a Anst. l. 7. c. 141. Polyd. l. 4. tit. 33. b Polyd. l. 4. tit. 31. Burch. l. 2. p. 6. c. 12. & 17. Anst. l. 7. c. 149. c. 31. c. Concil. Carthag. III. c. 25. Anst. l. 7. c. 151. d. Polyd. l. 4. tit. 37. Burch. l. 2. c. 15. Ivo par. 7. c. 73. e. Polyd. ibid. Ivo par. 8. cap. 237. f. al. possessum habuerit. orig. g. Ivo p. 6. c. 17. Panm. l. 2. c. 177. Anst. l. 2. Polyd. l. 4. tit. 31. cap. 163.

nentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacra legis auctoritas, jam inde ab initio custodita, quod in templo, anno vicis * suz habitare præcepti sunt sacerdotes, ut ferventes sacris oblationibus, puris a & ab omni labe purgatos sibi vindicent divina ministeria, neque eos ad sacra b officia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium, quia scriptum est [Sacerdotes efflore, quia & ego sanctus sum; domus Dei vestra est.] Quibus utique propter sobolis successorem, uxoris eius fuerat relaxatus: quia ex d alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præcepere accedere. Quo e magis hi sacerdotibus, vel levitibus publicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione, nec præteritis dies, quæ vel a sacrificiis divinis, vel baptisimatis officio vacant. Nam si B. Paulus 2. Apostolus ad Corinthios scribit, dicens: abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi, & hoc utique laicis præceptum, multo magis sacerdotibus, quibus & orandi & sacrificandi iugiter officium est, semper debebunt ab huiusmodi consensu continere: qui b, si contaminatos fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare usurpabit, aut precantia conscientia, quove merito exauditur se credit, cum & concitiam i se. [Omnia mundi mundum, coinquinatus aurum, & infidelibus nihil mundum?] Sed fortasse hoc licet, & infidelibus nihil mundum a est [sunt uxoris vitium.] Hoc dicit hoc 2, ut permaneret in concupiscentia generandi, sed propter incontinentiam futuram. Neque enim integros corpore non admittit, qui aut i [vel in aurum, omnes se esse, sicut & ego.] Quod & aperiunt delectantur dicens: [qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.] Vos autem jam non estis in carne: led in spiritu.] Et [habentem in filios,] non generentem dicit. Sed ea planè dispar, & diversa sententia est. Nam illi aliquos forma illa ecclesiastica vitæ pariter & abstinentia, quæ ab Episcopo Syrico ad prognandas commendata non probatur: o pervenisse, h'is iniquitas incipit adhaerere: & ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, continent, ut eis non liceat ad portuam confedere: quæ in beneficio esse debet, quod huncipsum locum, qui retinent, non amittunt. ¶ Si qui autem fuisse fuerint vivendi missam à Syrico confederent, illi sunt omnino submovendi: quia post ad monitionem cognitam, perpendam arbitrati sunt voluptatem.

1 ¶ Concupiscentia] Emendatus, & incompletus est homo: ex ipsa epistola Innocentii, quæ admodum & multa in hoc capite, ubi per glossam locat. In epistola autem Syricii, quæ refertur in concilio Telephensi (in eum pro Telephensi generandæ ratiō) sic legitur. Quid faciet? excubiabit? pudore? qua mente usurpabit? qua conscientia, quæ tanto hic exaudit se credit.

2 ¶ Non dixit hoc] In originali sic legitur, non ad permanentem in concupiscentia generandi hoc dicit.

C. III. ¶ De eodem.

Item Syricius Papa ad Himerium Tarsanensem Episcopum, epist. 1. cap. 7.

Primos sacerdotum Christi, asque levitas, posthæc consecrationis suæ temporis, tam de concupiscentiis, quam etiam de tempore cotui sobolem distulisse, procreasse, & crimen suum hæc præscriptio detestante, qua in veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi quis-

* Lucæ 11. Paralip. 24. a. al. puri & puritati. b. sacrificium. supra. dist. 21. c. 101. c. Levi. 1. c. 20. d. Ivo par. 7. c. 117. e. Quoniam. orig. f. al. orationi. g. 1. Cor. 2. c. 3. h. quia. i. Tim. 3. c. 1. Tim. 3. l. 1. Cor. 7. m. panem. n. 1. Tim. 3. o. probatur. orig. p. al. signatorem. q. detegunt. I. Ivo p. 6. c. 17. Polyd. l. 4. tit. 31.

